Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hrabani Mauri expositiones in Hester und Iudith - Cod. Aug. perg. 75

Hrabanus <Maurus>

[S.l.], [9. Jahrh.]

Hrabanus Maurus: expositio in librum Hester: prologus; capitula

urn:nbn:de:bsz:31-63644

Visual Library

PROLOGUS HRABANI AD IUDITH

Liber hester quem ebrei inter agio
grafa annumerant multipliciter xpi
& ecclesiae sacramenta in misterio
contin&. quia ipsa hester in ecclesie
tipo populum de periculo liberat.
& interfecto aman qui interpr&atur
iniquitas partes conuiuii & diem ce
lebrem mittit in posteros. hunc quidem
librum asserit sacrae historiae inter
pres de archiuis ebreorum releuatum
uerbum a uerbo expressius se trans
tulisse. At tamen ea quae in editi
one uulgata repperit non poenitus
pretermisit. sed ebraica ueritate ple
na fide expressa. C&era quae ex
trinsecus inuenit iuxta finem libri ad
dendo subiunxit. Nos autem ea quae
ex ebreorum fonte prolata erant alle
gorico sensu exposuimus. Caetera ue
ro quae ex grecorum linguae & litteris
insuper addita sunt. & ab ipso interpre
te obelo prenotata exponere pre
ter misimus sed horum sensum studio
sus lector cum anteriora bene rima
uerit satis agnoscere poterit. tu autem
o nobilissima regina cum sacramenta
diuina in expositis bene agnoueris in
ceteris quid sentiendum sit rite censebis.
Deus omnipotens qui reginae illius mentem ad
releuandas populi sui calamitates
erexerat. te simili studio laborantem
ad aeterni regni gaudia perducere
dignetur.

HISTER

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI

I De assuero rege & famosissimo eius con
uiuio

II De uasthi regina quae uocata ad regem
uenire noluit. ob quod a dignitate
regali deposita & a marito repudiata est

III Quod ad assueri regis imperium ex diuersis
prouinciis puelle uirgines congregatae
sunt. Inter quas erat hester filia
fratris mardochei iudei quam ipse
patruus eius diligenti cura nutriebat.

IIII Quod ester iuxta ordinem uicis suae ad regem
introducta est & super omnes mulieres ab
eo dilecta regina constituta est.

V De eo quod duo eunuchi regem interficere
uolentes a mardocheo proditi digne pu
niti sunt & hoc ipsum historiis insertum.

VI Aman pro eo quod illum mardocheus
adorare noluit iudeorum genus odio habens
ad regem accusauit quos ille uniuersos
uno die iussit interfici.

VII Quod conperiens mardocheus sacco in
dutus est misitque ad hester ut apud
regem pro iudeorum nece supplicar&.

VIII hester ad regem ingressa ipsum & aman
ad conuiuium inuitauit.

lib augie maioris pre constan

VIIII Deeo quod rex aſſuerus cum noctem in ſomnem duxiſſ& iuſſit ſibi afferri hiſtorias & annales priorū temporū qui dum coram eo legerentur puentū eſt ad locum: ubi mardocheus eunuchos inſidiatores prodidit. ob quod eum rex uocato aman ſtola regali & diademate decorari precepit. et equo regio ſuppoſitū amicum regis pipſum aman predicari. unde aman triſtis domū reuerſus eſt.

X Secundo die conuiuii reginę propopulo ſuo deprecante aman in ligno qđ mardocheo preparauerat ſuſpenſus ē.

XI Quod mardocheus loco aman conſtituitur & ad ſuggeſtionē reginę epiſtolę pro iudeorum ſalute mittuntur.

XII De gloria mardochei & quomodo ſe iudei ulti ſunt de inimicis ſuis & decem filii aman in patibulo ſuſpenſi.

XIII De eo quod illi dies quibus ſe iudei de inimicis ſuis ulti ſunt int̄ ſollemnes computabantur.

XIIII Quod aſuerus rex cunctas inſulas fecit tributarias. ubi hiſtoria heſt apud hebreos finem hab&.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT EXPOSITIO HRABANI MAURI IN LIBRUM HESTER.

In diebus aſueri qui regnauit ab india uſque ethiopiā. ſup centum uiginti ſeptem prouincias. quando ſedit in ſolio regni ſui. Hyſtoriam heſter non ſolum diuini libri ſed & ioſephi antiquitatum continent. lic& in aliquibus hiſtorica narratione differant. ſed & illud in queſtionem uertitur. quis iſte aſſuerus fuerit qui regnauit ab india uſque &hiopiā ſup c.xx. prouincias. Nam hunc memoratus ioſephus refert cyrum ēē filium xerſis regis qui poſt dariū patrē ſuum regnauit in pſide. Hunc ergo cyrū dicit artarxerſem apud grecos uocari qui longimanus cognominabatur regnū tenens annis xl. ſed ego non puto heſter eo tempore fuiſſe. Numquam enī eſtras de ipſa ſiluiſſ& qui ſcribit hoc tempore ezram & neemiā reuerſos ēē e babilone & ea deinceps conſecuta que ab his geſta referuntur. euſebius ergo in chronicis ſuis arbitratur hunc aſſuerum ēē artarxerſem qui cognominatus ē memnon. darii & pariſatidis filiū. hic ab hebreis aſſuerus. & a ſeptuaginta interpretibus artarxerſis uocatur. regnauit poſt dariū patrem ſuum cognominato nothum annis xl. Suſa ciuitas regni eius exordiū fuit. Suſis m&ropolis eſt pſide. quam aiunt hiſtoria memnonis fratrem conſtituiſſe.